



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 1. De deliberatione ad iudicandum de peccatis consideranda ex parte
intellectus,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

LIBER PRIMVS, ET OPERIS TOTIVS VNDECIMVS.

DE IIS QYAE AD IVDICANDVM D E
peccatis considerandas sunt ex parte effi-
cientis ipsorum.

PRO O E M I V M .

PECCATI causa efficiens immediata ex D. Thoma 1.2.q.75.art.1. est voluntas in actum suum exiens sine direktione rationis & legis aeterna. Nam cum peccatum sit liber actus hominis, necesse est ut proficiatur a voluntate, per quam homo ipse est suorum actuum dominus, libera-ram habens potestatem eos exercendi, vel non exercendi: hoc vel illo modo exercendi: ut ieiunandi vel non ieiunandi: & ieiunandi sumendo in cibum & potum panem tantummodo & aquam: vel seruando communem ceterorum ieiunantium consuetudinem. Quod dominium (fide credendum ex Conc. Trid. sess. 6. can. 4. 5. & 6.) hereticus negat homini, aduersatur tunc apertis sacra Scriptura verbis Gen. 4. Subter erit appetitus eius, & tu dominaberis illius: [Ecclesiast. 5.] Deus ab initio constituit hominem & reliquit illum in manu consilij sui] & cap. 31. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala: & non fecit. Tum etiam communem omnium notitiam, nam omnes hoc uno separant hominem ratione ventem, a pueris, amentibus, & bestiis, quod ille praesente cibo possit, etiam famelicus, cohobere se ab esu: pueri vero amentes, & bestiae non possunt; nisi violentia ipsis illata, unde fit ut serui potius, quam Domini suarum actionum censeantur.

Ad hanc quia voluntas in suis actionibus sequitur iudicium intellectus, sicut appetitus sentiente, iudicium sensus: si quoque modo intellectus causa est efficiens peccati: ex eoq. munere dirigendi voluntatem, dicitur practicus: voluntas vero dicitur deliberata, vel indeliberata pro diuersitate eiusmodi iudicij. Ipsum enim duplex est: unum perfectum, quo intellectus antiregressa deliberatione, de qua paulo post, iudicat aliquid esse agendum aut non esse agendum: alterum imperfectum quo sine deliberatione, & ex sola nuda apprehensione rei conuenientia vel non conuenientis, id est iudicat. Atq. voluntas quatenus in functione sui munieris sequitur prius iudicium, dicitur deliberata: & actus ipsius deliberatus: quatenus verò sequitur posterius iudicium, dicitur indeliberata: & actus ipsius, indeliberatus: per quae ipsa more ceterarum facultatum determinata a naturaz in id quod obiicitur sibi, fertur necessario impetu: cu per actum deliberatum tanquam libera summa, iuri, ad unum ex pluribus propotitis determinat se per seipsa.

Ceterum ex cap. Sed pensandum est distincte. In perpetratione peccati certatur progressus quem sanctus Iacobus in sua Canonica cap. 1. vers. 14. 15. & 16. attigit. Primo quidem loco, est suggestio, id est, representatio aliquius rei afferentis sensuali delectationem, aut dolorem, que ut plurimum prouenit a Diabolo, circumveniente quarendo quem deuoret. 1. Pet. 5. Vnde ille dicitur nos retinare, id est, suggerere nobis ea quibus sensualitas sic afficitur, ut intellectum & voluntatem inclinet ad ea persequenda, vel singenda, contra legis aeternae prescriptum. Prouenit etiam plerumq. a munda, id est, a prauis hominibus, qui sunt ceteris exemplo mala vita. Secundo loco vero, est obiectatio aut molestia, quam sensualitas expre-

ritur in eo quod suggestur. Ac demum tertio loco est, voluntatis cum sensualitate consenserit. Nam quando homo animadversa culpa, ad quam sensualitas affectus dicit, non terretur maiestate Dei, que inde offendenda est: sed virtus blanditijs carnis & amore sui, consue efferatur, ut per summam superbiam neglecto Domini mandato, carnali affectui voluntate consentiat: perpetrat peccatum quod dicitur cogitationis: cui superadditur peccatum operis, cum homo ipse sine illo sensu reatu, cui coram Deo obnoxius est, culpam intus latenter aliis hominibus aperit exteriori, vel etiam in opus redigit. In quo progressu ex eodem cap. Sed pensandum est; nobiscum agitur sicut actum est cum primo parente in perpetratione primi peccati. Serpens enim suggestus Eusebio, quam cundus esset ille fructus de quo ne comedenter, prohibebatur Deus: ex qua suggestione delectata est Eusebius, aspectu & gula eiusdem fructus, quod demum traxit Adamum in consensum comedendi: sicque perpetratum est primum peccatum. Quae cum ita sint, quodam modo etiam Diabolus, praui homines, & sensualitas ponit debent in numero causarum efficientium peccati.

Vt autem ad rem accedamus: ad iudicandum de peccatis ex ipsorum efficiente, quadam nobis consideranda sunt ex parte intellectus deliberantis: quedam ex parte voluntatis deliberatae, & quadam ex parte sensualitatis alicientis voluntatem ad peccatum. Ex parte vero Demoni aut hominis depravati, nihil specialiter occurrit considerandum quod ad nosrum instrumentum faciat. Occurrunt vero multa ita quia agunt de ratione fugiendi peccata: nempe Concionatoribus ac Scriptoribus librorum piorum. Contenti erimus dictis in libro secundo & in capit. quinto libri quarti: cum maximè tanta hodie sappiat copia librorum, quibus abundatissime instruimur ad cauendas talium hostium infidias, propulsandosq. impetus.

C A P V T . I .

De deliberatione ad iudicandum de peccatis consideranda ex parte intellectus.

S U M M A R I V M .

- 1 Duo qua deliberatio importat.
 - 2 Quatuor gradus deliberationis.
 - 3 Ilorum differentia.
 - 4 Iudicium intellectus, quod deliberatio importat, vniuersale esse potest aut particulare: per hocque regitur voluntas in agendo: quod triplice esse potest.
 - 5 Singulare iudicium practicum potest sub vniuersali vero falso esse, & quomodo.
 - 6 Regula de peccatis iudicandi ex deliberatione.
 - 7 Due exceptiones quas eadem patitur.
 - 8 Quae non sunt in se deliberatae, possunt esse in sua causa, & rationem peccati sortiri.
 - 9 De cuius peccati gravitate, quomodo iudicari debat.
- Duo ex parte intellectus deliberantis, sunt consideranda ad iudicandum de peccatis; deliberatio & ignorantia.
- De deliberatione autem notandum est ex Caiet. 2. 2. quz. 88. artic. primo, eam importare duo. Vnum est, per intellectum practicum facta collatio inter multa, saltem inter affirmationem & negationem: vt inter facere & non facere. Alterum est determinatio ad vnum, quae duplex est: una intellectus practici in dicta collationis conclusione, iudicantis prosequendum aut fugiendum esse illud de quo deliberatur: altera voluntatis acceptantis, id quod iudicio intellectus practici fuerit determinatum. Quam determinationem, perinde ac praecedentem, pertinere ad deliberationem: Caiet. ex eo confirmat, quod quantumcunque aliquis iudicet sibi hoc magis quam altius expedire, non adhuc tamen dicatur deliberasse, donec voluntatem suam determinauerit ad illud quod iudicatum fuit: seu, quod idem est, in id ipsum consentent.

Qua-

Quatuor vērō sunt deliberationis gradus, vt idem author ibidem attigit. Primus est, deliberationis facta cum manifesta & perceptibili collatione: qua scilicet rationibus hinc inde allatis (quas suppedant circumstantia rerum quae inter se conferuntur, argumentantes concludimus hoc potius, quam illud esse faciendum: vt potius ingrediendum esse religionem, quam ducendam vxorem).

Secundus gradus est deliberationis facta cum collatione pene imperceptibili: qualis est cum aliqui, ex improviso occurrit hostis, cuius aspectu vehementer iā consumptus, repte in eum irruit & occidit. Censetur enim id egiſe ex deliberatione, qua inter se contulerit occidere, tanquam bonū vtile, aut iucundum, quod suggerebat perturbatio: & nō occidere, tanquam bonum honestum quod suggerebat conscientia, diētans illicitum esse occidere proximum: illudque voluit quod erat sua perturbationi magis consonum. Idem iudicium est (quemadmodum attigit Auctor in 1. parte Moral. Inſtitut. lib. 1. cap. 28. queſt. 5.) cum alias intellectus plura bona ſue eiusdem generis, ut duo iucundia, aut duo honesta: ſiuſ diuersi, ut vnum iucundum & alterum honestum, voluntati proponit, ad hoc ſufficienter, ut ipſa vnum liberè velle, amareque posſit, & alterum non velle ac repudiare.

Tertius gradus est deliberationis, ex qua is censetur agere, qui poſtquam initio operis deliberauit, progreditur in eodem opere, & tu deliberati intermisso: exempli gratia qui ſcribit non delibera toto ſcriptioſis tempore: ſed tantum initio illius, & tamē tota: ipſa ſcriptio dicitur actio delibera-

re. Quartus gradus, est deliberationis, ex qua is censetur agere, qui cognoscens ſe ex habitu ſeu confuetudine, vel ex aliquo prauo affectu, ſolere oblatā certa aliqua occaſione probabi in aliquod peccati geniū: neglit talem habitum extirpare vel affectum prauum curare. Talis enim ſi oblatā occaſione in eiusmodi peccatum ruat, nulla etiam facta plurimum inter ſe collatione censetur delibera tē peccare. Quod idem iudicandum est de eo, qui cum tenetur, & potest delibera re, negligit deliberationem: vt accidit ei qui laborat ignorantia vincibili, de qua in sequenti capite.

Atque in horum quatuor graduum duobus primis, delibera tio est actualis, & in duobus aliis tantummodo virtualis: ſiquidem in tertio, delibera tio eft tantum virtute auctus delibera bandi, qui vi ſurpatis fuit initio operationis: & in quarto, tantum virtute interpretationi auctus delibera bandi, in eo qui negligit prauum habitum, aut prauum affectum corrigeret: talis enim omittendo deliberationem adhibere, quam tenetur & potest, censetur deliberationi contrariae adhaere.

Iudicium vero intellectus practici, quod ex ipso Caier. delibera tio imporrat, potest eſſe vel vniuersale, vt illud quo absolute indicatur non eſſe committendum furtum: vel ſingulare, vt illud quo iudicatur hoc furtum: v.g. talis rei Deo dicate, non eſſe committendum: iſtudque eft quo voluntas ad agendum applicatur: quandoquidem auctus non exercetur in vniuerso genere, ſed in singulari. Et potest perfici tribus modis. Primo, iudicando ſimpli citer non eſſe committendum hic & nunc: poſtem, iudicando peius eſſe ipsum committere, quam aliquid aliud.

Porro quanuus iudicium singulare continueatur sub vniuersali, tanquam inferius ſub ſuo superiori, ideoque videatur illi per omnia debere in veritate & falſitate conſentire; fieri tamen potest, etiam in eodē homine, vt generalis iudicio extente vero particulae ſub eo contentum, ſit fallit & erro neum; ſive ex ignoratione aliquicis circumſtantia, qua neceſſari cognoscenda erat ad recte de re proposita iudicandum in singulari (ſicut accidit in iudicio erroneo Iacob cognoscens Liam pro Rachele, Gen. 29.) ſive ex insufficiente conſideratione omnium circumſtantiarum rei de qua agitur: vt ſolet in iudicio erroneo eorum, quibus infirmitas carnis, ſeu nimia perturbatio non permittit circumſtantias rei proposita, ſufficienter conſiderare, ſed facit precipitare iudicium: ſive deniq; ex ipſius rei proposita comparatione cum aliis, quibus melior aut certe minus mala eſſe perperam iudicatur: vt accidit in iudicio erroneo peccantium ex malitia, qui nullum habentes ignorantia vel paſſionis impedimentum conſiderandi circumſtantias rei de qua agitur, eas expendere nolunt ſuis affectibus indulgendo.

Vaſerij Thomi I. Pars IIII.

Regula generalis iudicandi de peccatis ex deliberatione.

Xpoſitis ad hunc modum ijs, qua ad deliberationem pertinent, vna regula generalis statui potest iudicandi ex illa de peccatis; qua eft. Ad rationem peccati, deliberationem iudiciumve intellectus delibera tio ita requiri, vt vi non adfuerit, nec peccatum adfuisse iudicari debeat. Haec conſimurat primō, per cap. Sed penſandum eft, diſt. 6. vbi dicitur conſentiendo ex deliberatione, peccatum perfici. Deinde ratione, qua auctus voluntatis liber, quale eft peccatum, requirit ipſum delibera tio intellectus iudicium. Ideo enim ex communi ſententia (quod etiam habet ex Clement. Si furiosus De homicidio) facta non modo puerorum antevi ſum rationis, & amentium, ac fuſi ſorum, ſed etiam ebriorum & dormientium, excufan tū peccato tanquam perpetrata ſine vi lo delibera tio iudicio.

Excipe vero primō, niſi forte quis ebrietate aut ſomno vteretur tanquam instrumento perpetrandi criminis precegitati: prout viſu enit ei (quod exemplum ex D. Thom. & C. ac. ha ber Natur. in Eib. ap. 16. nu 8.) qui dormiturus, ſe dedita opera cerā ratione diſponit, vt in ſomno polluantur; aut vi no obruit vi in ebrietate aliquem occidat. Nam talis non excusat eft à peccato, quaſi egerit ex in delibera tione, qua tunc in teſtum delibera tio tertij gradus, qua facta eft in peccati inchoatione ante ſomnū. Ea enim manet virtute, quo tēpore in ſommo vel in ebrietate facinus perpetratur. De qua re precegitare diſcrit Caier. 2.2. quaſt. 34. art. 5. Excipe ſecundo, niſi quis ſciens ſe conſueſt in ſomno vel ebrietate facinus aliquod perpetrare; vt arma corripere ac percutere; non adhibeat diligētiam quam debet in preceguendo: vt in remouendo à ſe armis, ne dum ſomno vel ebrietate corripitur noceat aliqui. Nam nec talis ſi dormiens vel ebrius aliquem occideret, excufatur à peccato per defēctum deliberationis: qua illa qua eft quarti gradus interuenit, vt manifestum eft.

Quas duas exceptions Covar. tractans ad Clement. Si furiosus, initio 3. partis num. 6. & 7. addit ex Diuino Thoma, & nonnullis aliis: facta dormientis, qua tanquam in delibera tio non habent ex ratione peccati, illam habere poſſe ex ſua cauſa in qua ſunt delibera tā: v.g. pollutionem contingentem in ſomno ob inſluī, aut turpes cogitationes diurnas, peccatum eſſe: quia etiam non ſit auctus direc tē in ſequē delibera tio; eft tamen delibera tio in directe, ſeu in alio, ex quo tanquam ex cauſa ſequitur ordinariē: adeo vt acceptando illud, pariter ipſum acceptari censetur: eo ſcilicet modo quo is, qui feruente ſole vult in campo ambulare, censetur quoque velle æſtare. Quod quidem iufficerat ad peccatum, Caier. loco cit. ex eo conſimurat: quod euertetur alioqui doctrina que de voluntario in directo communiter traditur: ipſum nimurum eſſe liberum, ac laude vel vituperio, p̄mō vel ſuppliō dignum. Nec tunc erit locus excufationi per ignorantiam inuincibilem: quia cognitio cauſe, ordinariē conne x̄ cum ſuo effectu, huius praevidendi mortuum occaſionemque ſufficientem p̄bret: quod non viſu enit; locuſque eft p̄dicta excufationi, quando ex cauſa effēctus ſequitur tan tum exordianariē.

Aduerter autem obiter, factum in ebrietate aut alias extra viſum rationis, ita eſſe peccatum, vt non excedat malitiam cauſe in qua ſola ſuit liberē volitum: Ideoque ſi ebrietas ex qua homicidium fequitur, fuerit ſolummodo peccatum veniale: erit & ipſum homicidium; non autem mortale, ſicut eft in ſe, nec ſolummodo in ſua cauſa, volitum. Ad quod facit illud D. Augustini de Loth, relatum 15. queſt. 1. cap. Inebriauerunt. Culpanus eft quidem non tamen quantum ille inceſtus, ſed quantum illa ebrietas meretur: hincque D. Thom. 1.2. queſt. 76. art. 4. ad 2. ait homicidium commiſſum a ſobrio eſſe grauius peccatum quam commiſſum ab ebrio, & ipſam ebrietatem; quod ita explicatur. Homicidium eſſe, & vt a ſobrio commiſſum, habeat ex hypotheſi, malitiam očto graduum, & ebrietas malitiam duorum, quia homicidium quod per hanc commiſſum, habet tantummodo malitiam duorum graduum: cōſequenter habet tantummodo malitiam duorum graduum: duplo certe plus malitia inheret in homicidio, quod a ſobrio commiſſum: quam in ebrietate ſimil & homicidio per eam commiſſo.

Sf 3

CA-